Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26119
Copyright: Admont, Benediktinerstift



enim & inane cerimonie strepitum uocis habere possunt. doctrina uere sapientie
insinuare non possunt. Qui enim xpiane ueritatis contradicunt. & in sua uanitate
decepti desipiunt. rane s. tedium afferentes. non cibum mentib.
TERCIV preceptum est. Memento inquit ut diem sabbati sanctifices. In isto tercio precepto
insinuatur qdam uacationis indictio. requies cordis. tranquillitas mentis. quam facit
bona conscientia. Ibi est enim sanctificatio. ibi est spiritus dei. Denique uidete uacationem.
ideo quiete. Super quem inquit dominus requiescam. nisi super humilem & quietum. & trementem uer-
ba mea. Spiritale enim sabbatum non obseruant. nisi illi qui se tota tempiterna opibus
terrenis accomodant. ut tam lectioni & orationi & si non semper certe uel fre
quenter insistant. secundum apostolum. Attendite lectioni. & orationi. & doctrine. Et
iterum. Sine intermissione orate. Qui enim tales sunt. cotidie spiritum sabbatum colunt.
Qui vero inquieti sunt. & uagi terrenis actibus implicant. De quibus scriptum est. Impedi
menta mundi fecerunt eos miseros. sabbatum idem requiem habere non possunt. Attendite
etiam plagam huic tercio precepto contrariam. Scinphes nate sunt untia egypti de limo.
musce minutissime inquietissime inordinate uolantes in oculos irruentes. non
permittentes hominem requiescere. diu abigunt & irruunt. diu expulse redeunt. Qua
les sunt iste musce. tales sunt homines inquieti. qui sabbatum spiritale obseruare. idem bo
nis opibus student & lectioni & orationi insistere nolunt. & quorum corpora humanum
abistis muscis affligunt. ita cor illorum diuisis cogitationibus inquietat & compungit.
Tenete preceptum. cauete plagam. QUARTUM preceptum est. Honora patrem tuum &
matrem. Huic contraria. iiii. plaga egyptiorum cinomia. i. musca canina. graecum
enim uocabulum est. Qui enim parentes honorare dissimulat. musca canina. i. dia
boli negotia spiritum affligit & cruciat. Caninum enim est parentes non agnoscere.
Nichil enim tam caninum. quam cum illi qui genuerunt non agnoscunt.
QUINTUM preceptum est. Non moechaberis. Quinta plaga mors in pecora. Omnis enim
qui uxore propria intempiterat excepto filio. desidio uitio. aut certe qd est crimen
grauissimum qui uxori aut filie alienae aut ancille alterius insidiatur & non se
reuocat penitendo. uiet cupiditate bestiali. tanquam homine amisso certe
pecus. non quasi conuersus in naturam pecudis. si inhumana forma habens similitu
dinem pecoris. quia non uult audire dicentem dnm. Nolite fieri sicut equus & mu. quia non est. unde
homo cum in honore esset non intellexit. & ceteris. Si si pecus esse non timet. timet mori sicut pecus time
t. SEXTUM preceptum est. Non occides. Sexta plaga pustule in corpore & uesice
ebullientes. & scaturientes incendia uulnerum de faulla fornacis. Tales
sunt anime homicide. ardent ira. qua pena homicidii frenatis pertit. Ardent
homines inuidia. ardent & gra. Ha & qui uult subuenire feruet. & qui
uult occidere feruet. ille precepto. iste morbo. ille bonis opibus. iste in
sanionis ulceribus. Si possimus uidere animas homicidarum. sine dubio
plus plangerem quam putrescentia corpora ulcerata.